



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 1. De Aegaeo mari latè sumpto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Atque hactenus de impeditissimâ questione: de qua si expeditè loqui vobis dices Ionium latè sumptum in tres partes diuidi, in Sinum Ionium, seu Adriaticum, Mare Ionium propriè dictum, & Mare Ausonium, seu Siculum.

CAPVT SEXTVM.

De Mari Aegaeo.

NEQUE minùs in hâc parte maris Mediterranei laborandum fuit, propter auctores distractos in contraria.

§. 1. De Aegaeo Mari late sumpto.

PRIMVM hîc agemus de eius nomine, deinde de eius limitibus. Quod ad nomen attinet,

Primò dictum videtur fuisse C A R I C U M vt legitur apud veterem Thucydidis Scholiastem, quoniam Cares in Ægæi insulis diu habitarunt, quos tandem abegit Minos, ex quo

Secundò vocatum est M I N O I V M , vt dicitur ab Apollonio, & aliquot eius insulæ Minoïdes.

Tertiò, M A R E G R A C U M tempore Thucydidis, vt ipse assertib. 1.

Quartò apud Apollonium & Homerum dicitur M E L A S , vel à Melane filio Phryxi, vel à Fluvio Melâ qui in hoc cadit ex Thraciâ in Sinum cognominem.

Quintò in Epitome Strabonis A S I A T I C U M dici videtur, quandoquidem in eo & Cycladas, & Sporadas locat, & ad Troadem, Macedoniam & Samothracen illud extendit.

Sextò denique apud Maronem s. Aeneidos A R G O L I C U M Argolicoque mari deprensus, &c.

Terminos autem eius statuo 1. Helleponsum, 2. Mare Siculum, aut Ausonium, 3. denique Parthenium seu Virginis Sinum. Primum omnes penè Geographi veteres afferunt: Secundum Plinius, Melâ, Strabo: Tertium denique Dionysius, & ex eo Eustathius.

§. 2. De Mari Cretico.

C R E T I C U M ab insulâ Cretâ nomen habet, & cum Myrtoo